

Deinde Oct. S. Joannis, Añā. Apertum est os Zacharie, & prophetavit, dicens: Benedictus Deus Israël. **R.** Iste puer magnus coram Domino. **R.** Nam & manus ejus cum ipso est. **Oratio.** Deus, qui præsentem, ut supra. 428.

Ad Tertiam, Antiphona. Libenter gloriabor. **Capitulum.** Bonum certamen, ut sup. 449. **R. breve.** In omnem terram. **R.** Exiit sonus eorum. In omnem. **R.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Exiit. Glória Patri. In omnem. **R.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine.

Ad sextam, Antiphona.

Grátia Dei.

Capitulum.

2. Cor. 12. b

**N**E magnitúdo revelatiónum ex tollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sātana, qui me colaphizet. Propter quod ter Dómino rogávi, ut discederet a me: & dixit mihi: Sufficient tibi grátia mea. **R. breve.** Constitues eos principes. **R.** Super omnem terram. Constitues. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constitues. **R.** Nimis honoráti sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antiphona.

Ter virgís cæsus sum.

Capitulum.

1. Cor. 15. b

**E**Go enim sum mínimus Apostolorum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclesiám Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vacua non fuit. **R. b.** Nimis honoráti sunt. **R.** Amici tui Deus. Nimis. **R.** Nimis confortátus est principátus eórum. Amici. Glória Patri. Nimis. **R.** Annuntiavérunt ópera Dei. **R.** Et facta ejus intellexérunt.

Ad Vesperas, Antiphona. Jurávit Dóminus, cum reliquis de Communi Apostolorum. xi.

A Capitulo fit de Octava Sancti Joannis, ut in primis Vesperis Festi. 420.

In fine pro Commemor. Apostolorum, Antiphona. Petrus Apóstolus, & Paulus Doctór Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Dómine. **R.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine.

Oratio.

**D**Eus, qui hodiernam diem Apostolorum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti: da Ecclesiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præceptum, per quos religiósus sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Sed in Ecclesia Sancti Pauli Vesperæ integræ dicuntur de eo, Antiphona. Jurávit Dóminus, cum reliquis de Communi Apostolorum. xi.

Capitulum & reliqua ut in primis Vesperis, cum Commemoratione S. Petri. 442.

Et Octava S. Joannis, Antiphona. Ingresso Zacharia templum Dómini, apparuit ei Gabriél Angelus, stans a dextris altaris incénsi. **R.** Fuit homo missus a Deo. **R.** Cui nomen erat Joannes. **Oratio.** Deus, qui præsentem, ut sup. 428.

FESTA JULII.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. cxxliij.

DIE I. JULII.

In die Octava S. Joannis Baptistæ.

Duplex.

Omnia dicuntur sicut in die, 420. præter Lectiones primi Nocturni, quæ leguntur de Scriptura occurrente: & secúndi, quæ leguntur ut infra.

Ser.

Sermo Sancti Máximi Episcopi.

Homilia 3. in Natió. S. Joannis Bapt.

LECTIO IV.

**F**estivitatem præsentis diéi, fratres charissimí, venerándi Joánnis Baptistæ genuina nativitas consecrávit: qui idcirco in hoc sæculum supérna dispensatióne diréctus est, ut non solum ipse prophetáli sublimaretur glóriá, sed ut & ómnium etiám per eum Prophe-tarum præconiá firmáretur. Nec immerito illum præcipuo honóre nunc venerámur, qui speciáli quadam grátia, ob hoc Redemptórem mundi novissimus prophetávit, ut ostenderet eum primus. Hic enim solus est Prophetarum, qui Dóminum nostrum Jesum Christum, quem álíi in longa témpora futurum prædicávit, própriis oculis vidére méruit, & annuntiáre præsentem.

**R.** Descéndit Angelus Dómini ad Zachariam, dicens: Accipe puerum in senectute tua. **R.** Et habébit nomen Joánnes Baptista. **R.** Iste puer magnus coram Dómino: nam & manus ejus cum ipso est. Et habébit.

LECTIO V.

**H**ic est ille, quem inspirante Deo, præcius annúnciat Isaiás, dicens: Vox clamántis in deserto, paráte viam Dómini. Quám congrue, fratres charissimí, beátus Joánnes prædicátus est vox, qui cœlestis Verbi & præco mittebátur, & testis. Hic est ille, ejus per Angelum Gabriélem prænuñtiátur nativitas, & nomen, & méritum. Hic est, qui judicio cœlestis sententiæ cunctis mortalibus anteférunt, dicente Dómino: Non surréxit inter natos mulierum major Joánni Baptista. Quám pulchré dictum est, inter natos mulierum non esse majórem: quia ille omnimodis major erat Joánni, qui de virgine nascebátur.

**R.** Hic est præcúrsor diléctus, & lucerna lucens ante Dóminum: **R.** Ipse est enim Joánnes, qui viam Dómino præparávit in eremo: sed & Agnum Dei demonstrávit, & illuminávit mentes hóminum. **R.** Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ. Ipse est.

LECTIO VI.

**Q**uibus prospéctis, advértite dilectissimí, quantum huic reverétiám, quantum devotiónis debeámus impéndere: qui ut honorábilis sit, a sancto est Spiritu prophetátus. promissus ab Angelo, laudátus a Dómino, & perpétua sanctæ mortis glóriá consecrátus. Decébat namque, ut mysticam nativitatem ejus mirábilis víta sequeretur, & sanctam perfectáque vitam mors Deo devótá concluderet. Propter quod, fratres, rectissime toto hodié orbe, Christi Ecclesiá primórdia nativitátis ejus lætissimá festivitáte celebrávit, qui ætérna mortalibus adesse gaudia, stupénti mundo testis fidelissimus revelávit. **R.** Innuébát patri ejus, quem vellet vocáti eum: & póstulas pugillárem, scripsit, dicens: **R.** Joánnes est nomen ejus. **R.** Apértum est os Zachariæ, & prophetávit, dicens. Joánnes. Glória Patri. Joannes.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Ambrosii Episcopi, ut in die Festi, quæ incipit Péperit filium Elisabeth, ut sup. 427.

Et fit Commemoratio Apostolorum, Antiphona. Gloriosi principes terræ, quómodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. **R.** In omnem terram exiit sonus eórum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eórum.

Oratio.

**D**Eus, qui hodiernam diem Apostolorum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti: da Ecclesiæ



tuar, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumptis exordium. Per Dñm.

## DIE II. JULII.

In Festo Visitationis B. Mariæ Virginis.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona Exurgens Maria, cum reliquis de Laudibus. 455. Psalmi consueti de S. Maria, ut in ejus Officio parvo. cxvj.

Capitulum.

Ecclesi. 24. b.

**A** B initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitazione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus. Ave maris stella. cxvij.

Y. Benedicta tu in mulieribus.

R. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata es Maria, quæ credidisti perficietur in te quæ dicta sunt tibi à Dño, alleluia.

Oratio.

**F** Amulis tuis, quæsumus Dñmine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Visitationis ejus votiva sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dñm.

Et fit Commemoratio S. Joannis, Aña. Puer, qui natus est nobis, plus quam Propheta est: hic est enim, de quo Salvator ait: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista. Y. Iste puer magnus coram Dño. R. Nam & manus ejus cum ipso est. Oratio. Deus, qui præsentem, ut sup. 437.

Deinde fit Commemoratio Apostolorum, Aña. Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Dñmine. Y. Constitutes eos principes super omnem terram. R. Mémores erunt

nominis tui Dñmine. Oratio. Deus, qui hodiernam, ut sup. 428.

Postremò fit Commemoratio Sanctorum Martyrum Processi & Martiniani, Aña. Istorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Y. Latamini in Dño & exultate justi. R. Et gloriimini omnes recti corde.

Oratio.

**D** Eus, qui nos Sanctorum Martyrum tuorum Processi & Martiniani gloriosis confessionibus circumdas & protegis: da nobis, & eorum imitatione proficere, & in recessione gaudere. Per Dñm.

Ad Matutinum, Invitorium.

Visitationem Virginis Mariæ celebrémus, • Christum ejus Filium adorémus Dñm. Psalmus. Venite, exultémus. 1. Hymnus. Quem terra. Antiphona. Psalmi, & Y. Y. Nocturnorum, ut in Officio parvo B. Mariæ. cxix.

In primo Nocturno.

De Canticis canticorum.

Lectio ij.

Cap. 2.

**E** Go flos campi, & lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore læqueo. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos filiae Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitétis, neque evigilare faciatis dilectam, quoad usque ipsa velit.

R. Surge, præpera amica mea, formosa mea, & veni: jam enim hyems tran-

transiit, imber abiit & recessit. Vox turturis audita est in terra nostra. Y. Intravit Maria in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. Vox turturis.

Lectio ij.

**V** Ox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: similis est dilectus meus caprea, hinnulòque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, præpera amica mea, columba mea, formosa, & veni. Jam enim hyems, transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit: vox turturis audita est in terra nostra: flocus protulit grossos suos: vineæ ferentes dederunt odorem suum.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tanquam Jerusalem? Vidérunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. Y. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidérunt.

Lectio iij.

**S** Urge, amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceræ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demolluntur vineas: nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiraret dies, & inclinaret umbra. Revertere: similis esto, dilecte mi, caprea, hinnulòque cervorum super montes Bethæ.

R. Repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamavit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: • Et undè hoc

mihi, ut veniat Mater Dñmi mei ad me? Y. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Et undè hoc. Glória Patri. Et undè hoc.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Apud Metaphrasi. mense Julio.

Lectio iv.

**C** Um ad nos advenisset Redemptor nostris generis, venit protinus ad suum amicum Joannem, dum adhuc esset in ventre matris. Quem cum ex utero in utero apessisset Joannes, terminos naturæ concitans, exclamavit: Video Dñm, qui naturæ imposuit terminos, & non expecto tempus nascendi: novem menses tempus mihi non est hic necessarium: in me est enim, qui est æternus: egradiar ex hoc tenebroso tabernaculo, rerum admirabilium compendiosam prædicabo cognitionem. Sum signum: significabo Christi adventum. Sum tuba: proferam Filii Dei in carne dispensationem. Tubæ canam, eo ipso patet lingue benedicam, & eam traham, ut loquatur. Tubæ canam, & utero materum vivificabo.

R. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: • Similis est dilectus meus caprea, hinnulòque cervorum. Y. Exultavit ut gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio ejus. Similis.

Lectio v.

**V** Ides, o dilecte, quam sit novum & admirabile mysterium. Nondum nascitur, & saltibus loquitur: nondum apparet, & minas intèntat: nondum ei permittitur clamare, & per facta auditur: nondum ducit vitam, & Deum prædicat: nondum aspiciet lucem,

Ff 3

&amp;



& solem indicat: nondum paritur, & pręparat pręcurrere: non fert enim pręsentę Dōmīno contineri: non sustinet naturę expectare terminos; sed contendit rumpere carcerem ventris, & studet pręsignificare venientem Salvatorem. Accessit, inquit, qui solvit vincula: & quid ego sēdo vinctus, & retineor ut maneam? Venit Verbum, ut omnia constituat: & ego adhuc maneo derētus? Exibo, pręcurram, & predicabo omnibus: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.

**R.** Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dōmīnum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: \* Et de meis viscēribus genui Deum & hominem. **V.** Beatam me dicent omnes generatiōnes, quia ancillam hūmīlem respexit Deus. Et de meis.

## Lectio vi.

**S**ed dic nobis Joānes, cūm adhuc in tenebroso matris utero contineāris, quomodo intreris & audis? quomodo res divinas contempleris? quomodo exilis & exultas? Magnum est, inquit, quod pręagitur mysterium, & actus ab humana remotus comprehensio. Mērito innovo naturam propter eum, qui est innovatūrus ea, quę sunt supra naturam. Video, etsi adhuc in utero sim, quoniam in utero gestari video solem justitię. Auribus percipio, quoniam nascor vox magni Verbi. Exclamō, quoniam Filium Patris unigenitum considero carne indutum. Exulto, quoniam universi effectorem video formam mundi Redemptorem cogito incorporatum. Pręcurro adventum ejus, & quodammodo vobis pręeo confessione.

**R.** Beata quę credidisti, quoniam perficiētur in te, quę dicta suat ti-

bi a Dōmīno. Et ait Maria: \* Magnificat anima mea Dōmīnum. **V.** Venite & audite, & narrabo quanta fecit Deus animę meę. Magnificat anima mea. Glōria Patri. Magnificat anima mea.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

## Lectio vij.

Cap. i. d.

**I**n illo tempore: Exurgens Maria, abiit in montanā cum festinatione, in civitatem Juda: Et intravit in domum Zacharię, & salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia S. Ambrōsij Episcopi.

Lib. 2. Comment. in Luc. cap. 1. post init.

**C**ontuendū est, quia superior venit ad inferiorē, ut inferior adjuvetur, Maria ad Elisabeth, Christus ad Joānem. Denique etiam postea, ut sanctificaret baptismum Joānis, Dōmīnus venit ab baptismum. Citō quoque adventūs Marię, & pręsentię divinę beneficię declarantur. Vide distinctionem, singulorūque verborū proprietatem. Vocem prior Elisabeth audivit, sed Joānes prior grātiā sensit. Illa naturę ordine audivit, iste exultavit ratione mysterii. Illa Marię, iste Dōmīni sensit adventum. Iste grātiā loquuntur, illi intūs operantur; pietatisque mysterium maternis adiōnūrum profectibus: dupliciter miraculo prophētant matres spiritu parvulorum. Exultavit infans, replēta est mater. Non prius mater replēta, quam filius; sed cum filius esset replētus Spiritu sancto, replēvit & matrem.

**R.** Beatam me dicent omnes generatiōnes: \* Quia fecit mihi Dōmīnus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordiā ejus a progente in progenies timētibz eum. Quia fecit. **Bene-**

dic-

dictio. Cujus festum cōlimus, ipsa Virgo virginum.

## Lectio viii.

**E**T undē hoc mihi, ut veniat mater Dōmīni mei ad me? Hoc est, quo tantum bonum mihi accidit, ut mater Dōmīni mei veniat ad me? Miraculum sentio, agnosco mysterium: mater Dōmīni verbo facta, Deo plena est. Mansit autem Maria cum illa mēnsibus tribus, & reversa est in domum suam. Benē inducitur sancta Maria & exhibuisse officium, & mysticum nūmerum custodisse. Non enim sola familiaritatis est causa, quōd diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus. Nam si primo ingressu tantus profectus extitit, ut ad salutationem Marię exultaret infans in utero, repleretur Spiritu sancto mater infantis: quantum putamus usu tantī temporis Sanctę Marię addidisse pręsentiam? Ungebatur itaque, & quasi bonus athleta exercebatur in utero matris Prophētę: amplissimo enim virtus ejus certāmini parabatur.

**R.** Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est sol justitię, \* Christus Deus noster. **V.** Ora pro pōpulo, intēveni pro clero, intercede pro devōto fōmineo sexu: sentiant omnes tuum juvāmen, quicumque celebrant tuam sanctam Visitationem. Quia ex te. Glōria Patri. Christus Deus.

Pro SS. Martyribz Processo

& Martiniano.

## Lectio ix.

**Q**uo tempore Petrus & Paulus tenebāntur sub custodia Martini in monte Tarpēio, duo custōdes, Processus & Martinianus, cum aliis quadraginta, Apostolorum predicatiōne miraculisque commōti, se ad Jesu Christi

fidem convertērunt: & cūm repente fons ē saxo ortus esset, baptizati sunt. Qui permisērunt Apostolis, ut si vellent, abirent. Sed Paulinus militum pręfectus, re cognitā, Processus & Martinianum a suscepio consilio revocare conātur. Qui cum frustra tempus contēret, ipsōrum ora saxo contūdi, dentēque comminui jubet. Mox ad Jovis statuum adductos, cūm eadem constantiā veneraturos se idōla negarent, imperat equileo torquēri, candēntibus lāminis ad eōrum corpus admōtis, ac cædi fustibus. Quibus in cruciatiōnis una hæc illōrum vox audiebatur: Sit nomen Dōmīni benedictum. Denique cōjecti in carcerem, paulō post extra Urbem viā Aurēlię securi feriuntur. Quorum cōpōra Lucina in pradio suo sepelivit, sexto Nonas Julii: quę postea in Urbem translata, in Basilica Principis Apostolorum cōdita sunt.

Te Deum laudamus. 12.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

**E**xurgens Maria, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda. **Psalmus.** Dōmīnus regnavit, cum religis. **cxv. Antiphona.** Intravit Mariā in domum Zacharię, & salutavit Elisabeth. **Antiphona.** Ut audivit salutationem Marię Elisabeth, exultavit infans in utero ejus, & replēta est Spiritu sancto, alleluia. **Antiphona.** Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. **Antiphona.** Ex quo facta est vox salutiōnis tuę in auribus meis, exultavit infans in utero meo, alleluia.

Eccl. 24. b

**Capitulum.** Binitio, & ante secula creatā sum, & usque ad futurum seculum non desinam, & in habitatiōne sancta coram ipso ministravi.

Pf 4

11ym-



**O** Gloriosa Virgine,  
Sublimis inter sidera,  
Qui te creavit, p̄vulum  
Lactente nutris ubere.  
Quod Heva tristis abstulit,  
Tu reddis almo germine:  
Intrent ut astra fēbiles,  
Cœli recludis cārdines.  
Tu regis alti jānuā,  
Et aula lucis falgida:  
Vitam datam per Virgine  
Gentes redēptæ plaudite.  
Jesu, tibi sit glōria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna secula.  
Amen.

**V.** Benedicta tu in mulieribus.  
**R.** Et benedictus fructus ventris tui.  
**Ad Benedictus, Antiphona.**

Cūm audisset salutationem Mariæ  
Elisabeth, exclamavit voce magna,  
& dixit: Unde hoc mihi, ut veni-  
at mater Domini mei ad me alle-  
luia.

## Oratio.

**F** Amulis tuis, quæsumus Domi-  
ne, cœlestis gratiæ munus im-  
pertire: ut quibus beatæ Virginis  
partus exiit salutis exordium, Vi-  
sitationis ejus votiua solēmnitas pa-  
cis tribuat incrementum. Per Do-  
minum nostrum.

**Deinde fit Commemoratio Octa-  
væ Apostolorum, Antiph.** Gloriosi  
principes terræ, quomodo in vita  
sua dilexerunt se, ita & in morte  
non sunt separati. **V.** In omnem  
terram exivit sonus eorum. **R.** Et  
in fines orbis terræ verba eorum.

## Oratio.

**D** Eus, qui hodiernam diem Apo-  
stolorum tuorum Petri & Pau-  
li martyrio consecrasti: da Ecclē-  
siæ tuæ, eorum in omnibus sequi  
præceptum, per quos religionis  
sumpsit exordium.

**Et Sanctorum Processi & Marti-  
niani Martyrum, Antiphona.** Vestri  
capilli cāpitis omnes numerati sunt:  
nolite timere: multis passibus me-  
liōrestis vos. **V.** Exultabunt Sancti  
in glōria. **R.** Latabuntur in cu-  
bilibus suis.

## Oratio.

**D** Eus, qui nos Sanctōrum Mär-  
tyrum tuorum Processi &  
Martiniani gloriosis confessionibus  
circūdas & protegis: da nobis &  
eorum imitatione proficere, & in-  
tercessione gaudere. Per Dōminum.

**Ad Primam in R. brevi dicitur.**  
**V.** Qui natus es de Maria Virgine.  
**Ad Tertiam, Antiphona.**

Intravit Maria.

**Capitulum.** *Eccl. 24. b.*

**A** B initio, & ante secula creatā  
sum, & usque ad futurum sæ-  
culum non desinam, & in habita-  
tione sancta coram ipso ministravi.  
**R. br.** Spēcie tua. **V.** Et pulchri-  
tudine tua. **V.** Intēde,  
prōspere procēde, & regna. Et pul-  
chritudine. Glōria Patri. Spēcie tua.  
**V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo.  
**R.** Deus in medio ejus, non com-  
movēbitur.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Ut audivit.

**Capitulum.** *Eccl. 24. b.*

**E** T sic in Sion firmata sum, &  
in civitate sanctificata simili-  
ter requievi, & in Jerusalem potēs-  
tas mea. Et radicavi in populo ho-  
norificato, & in parte Dei mei hæ-  
reditas illius, & in plenitudine Sanctōrum  
detentio mea.

**R. br.** Adjuvabit eam \* Deus vultu  
suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio  
ejus, non commovēbitur. Deus vultu.  
Glōria Patri. Adjuvabit. **V.** Eligit  
eam Deus, & praelēgit eam. **R.** In  
tabernaculo suo habitare facit eam.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Ex quo facta est.

## DIE III. JULII.

**Quinta die infra Octavam Aposto-  
lorum Petri & Pauli.**

**In primo Nocturno, Lectiones de  
Scriptura occurrente.**

## In secundo Nocturno.

**De Sermone Sancti Leonis Papæ.  
Ex Sermone 1. in natali Apost. Petri  
& Pauli, in fine.**

## Lectio iv.

**P** Retiosa est in conspectu Dō-  
mini mors Sanctōrum ejus:  
nec ullo crudelitatis genere destrui  
potest sacramēto crucis Christi  
fundata religio. Non minuitur per-  
secutionibus Ecclēsia, sed augē-  
tur: & semper Dominicus ager sé-  
gete ditiori vestitur, dum grana,  
quæ singula cadunt, multiplicata  
nascuntur. Unde duo ista præclara  
divini seminis germīna in quar-  
tam sobolem germinarint, beatō-  
rum millia Martyrum protestantur,  
qui Apostolicorum æmuli triumphō-  
rum, Urbem nostram purpuratis,  
& longè latēque rutilantibus popu-  
lis ambiunt, & quasi ex multā-  
rum honorē gemmarum conserto  
uno diademate coronantur.

**R.** Vidi conjunctos viros habentes  
splēndidas vestes, & Angelus Domi-  
ni locutus est ad me, dicens: Isti  
sunt viri sancti, facti amici Dei.  
**V.** Vidi Angelum Dei fortem, vo-  
lantem per medium cœlum, voce  
magnā clamantem, & dicentem. Isti.

## Lectio v.

**D** E quorum præsidio, dilectissimi,  
divinitus nobis ad exem-  
plum patientiæ, & confirmationem  
fidei præparato, universaliter qui-  
dem in omnium Sanctōrum commē-  
moratione lætandum est: sed in hor-  
rum excellētia Patrum meritò est  
excellētius gloriandum, quos grā-  
tia Dei in tantum apicem inter om-  
nia Ecclēsiæ membra provexit, ut  
eos in corpore, cui caput est Chris-  
tus,

**Capitulum.** *Eccl. 24. b.*

**I** N platēis sicut cinnamōmum &  
balsamum aromatizans odorem  
dedi: quasi myrrha electa dedi sua-  
vitatem odoris.

**R. br.** Eligit eam Deus, \* Et praelēgit  
eam. Eligit. **V.** In tabernaculo  
suo habitare facit eam. Et  
praelēgit. Glōria Patri. Eligit.  
**V.** Diffusa est grātia in labiis tuis.  
**R.** Propterea benedixit te Deus in  
æternum.

**In secundis Vesperis, omnia ut in  
primis. 452.**

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Beātam me dicent omnes genera-  
tiones, quia ancillam humilem res-  
pexit Deus, alleluia. **Oratio.** Fā-  
mulis tuis, ut sup. 456.

**Deinde fit Commemor. Octavæ  
Apostolorum, Antiph.** Petrus Apōsto-  
lus. **V.** Constitues. **Oratio.** Deus,  
qui hodiernam, ut sup.

**Infra Octavam SS. Petri & Pauli,  
omnia dicuntur de Comuni Aposto-  
olorum, præter Lectiones & An-  
tiphonas ad Benedictus, & ad Mag-  
nificat, quæ dicuntur ut infra no-  
tantur.**

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Gloriosi principes terræ, quomodo in  
vita sua dilexerunt se, ita & in mor-  
te non sunt separati. **V.** In omnem  
terram exivit sonus eorum. **R.** Et  
in fines orbis terræ verba eorum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Petrus Apōstolus, & Paulus Doctor  
Gentium, ipsi nos docuerunt legem  
tuam Domine. **V.** Constitues eos  
principes super omnem terram.  
**R.** Mēmorens erunt nōminis tui Dō-  
mine.

## Oratio.

**D** Eus, qui hodiernam diem  
Apostolorum tuorum Petri &  
Pauli martyrio consecrasti: da Ecclē-  
siæ tuæ, eorum in omnibus se-  
qui præceptum, per quos religionis  
sumpsit exordium. Per Dōminum.



tus, quasi géminum constitueret lumen oculorum. De quorum méritis atque virtutibus, quæ omnem loquendi súperant facultatem, nihil diversum, nihil debemus sentire discernum: quia illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales.

**R.** Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: \* Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

#### Lectio vi.

**S**icut autem & nos experti sumus, & nostri probavere majores, credimus, atque confidimus, inter omnes labores istius vite ad obtinendam misericordiam Dei semper nos specialium patronorum orationibus adjuvandos: ut quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apostolicis meritis erigamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, cui est cum Patre & sancto Spiritu eadem potestas, una divinitas, in secula seculorum: Amen.

**R.** Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contententes iussa principum, meruerunt præmia æterna: \* Modò coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò. Gloria Patri. Modò.

#### In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

#### Lectio vii.

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid er-

go erit nobis? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

#### Homilia in natali Sancti Benedicti.

**P**erfectus ille est, qui abiens vendit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum: habebit enim hæc seculum non deficientem in caelis. Unde bene interrogante Petro, dixit talibus Jesus: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. In hac quippe vita pro eius nomine laborantes, in alia præmium sperare docuit: id est, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalæ fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

**R.** Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: \* Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem Domini.

#### Lectio viii.

**E**t iusta prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humane gloriæ celsitudinis neglexerunt, illic à Christo iudices glorificati singulariter cum eo assideant, qui à se querendis ejus vestigiis nullâ ratione poterant avelli. Nemo autem putet, duodecim tantum Apostolos, qui pro Juda prævaricante Mathias electus est, tunc esse iudicatuos, sicut nec duodecim solæ sunt tribus Israël iudicandæ: alioquin tribus Levi, quæ tertiadecima est, in iudicata recedat.

**R.** Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriæ sempiternam: \* Quorum doctrinâ fulget Ecclesia, ut

ut sole luna. **V.** Sancti per fidem viderunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Gloria Patri. Quorum.

#### Lectio ix.

**E**t Paulus, qui tertiusdecimus est Apostolus, iudicandi sorte privabitur, cum ipse dicat: Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? Sciendum namque est, omnes qui ad exemplum Apostolorum sua reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, iudices cum eo venturos, sicut etiam omne mortaliū genus esse iudicandum. Quia enim duodenario sæpè numero solet in Scripturis universitates designari, per duodecim sedes Apostolorum, omnium numerositas indicantur: & per duodecim tribus Israël, universitas eorum, qui iudicandi sunt, ostenditur.

Te Deum laudamus. 12.

#### DIE IV. JULII.

Sexta die infra Octavam Apostolorum Petri & Pauli.

#### In secundo Nocturno.

De Expositione S. Joannis Chrysostomi in Epistolam ad Romanos.

Sermone 32. in morali exhort.

#### Lectio iv.

**C**um Paulus Apostolus gratiam Domini nostri Jesu Christi, matrem omnium bonorum, nobis præcetur; reliquum est, ut nos tali patrocinio dignos exhibeamus, ut non hic solum vocem Pauli audiamus, sed & postquam illic mi gravaverimus, athletam Christi videre mereamur. Immo si hic audierimus, & illic ipsum omnino videbimus, licet non è propinquo stantes, videbimus tamen prope regalem thronum splendèntem, ubi Cherubim Deum glorificant, ubi Seraphim volant, illic Paulum videbimus cum Petro Sanctorum chorū principem ac duce, & ejus germanâ charitate fruèmur.

**R.** Vidi coniunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei. **V.** Vidi angelum Dei fortem, volentem per medium cœlum, voce magnâ clamantem, & dicentem. Isti sunt.

#### Lectio v.

**S**i enim, cum hic esset, usque adeo diligebat homines, ut cum dissolvi, & cum Christo esse cuperet, elegerit tamen hic esse: multo magis illic ferventiorè charitatè ostendit. Ego & Romam propterea diligo, tametsi aliunde illam laudare queam, nempe à magnitudine, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, ab imperio, à divitiis, & à rebus in bello fortiter gestis. Sed his omnibus omissis, ob id illam beatam prædico, quod erga illos Paulus, dum viveret, adeo fuit benevolus, adeo illos amavit, & coram disservit, & postremo vitam apud eos finivit. Cujus sanctum corpus ipsi possident: & propterea Civitas illa hinc facta est insignis magis quam ab aliis rebus omnibus: & tanquam corpus magnum ac validum duos habet oculos fulgentes, Sanctorum videlicet horum corpora.

**R.** Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: \* Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

#### Lectio vi.

**N**on ita cœlum splendescit, quando radios sol demittit, quemadmodum Romanorum Urbis duos istos fulgores ubique terrarum emittens. Hinc rapitur Paulus, hinc Pe-



Petrus. Considerate, & horrète, quale spectaculum visura sit Roma: Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum Domini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittit Roma? quilibet coronis duabus ornatur Urbs ista? Quilibet catenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea admirror hanc Urbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam quamcumque rerum speciem, sed propter columnas illas Ecclesie. Quis mihi nunc dabit circumvolvi corpori Pauli, affigi sepulchro, videre pulverem corporis illius, quæ adhuc in Christo dearent, adimplerent, stigmata illius gestantem, predicationem Evangelii ubique seminantis?

¶ Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui continententes jussa principum, meruerunt præmia æterna: Modò coronantur, & accipiunt palmam. ¶ Isti sunt qui veniunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò, Glória Patri. Modò.

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

**Lectio vii.**

Cap. 19. d  
In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliquit.

De Homilia venerabilis Bede Presbyteri.

**In Natali Sancti Benedicti.**

**D**uo sunt ordines electorum in judicio futuri: unus iudicantium cum Domino, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt illum: alius iudicandorum à Domino, qui non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de his tamen que habebant, quotidianas dare elemo-

synas Christi pauperibus curabant: undè & audituri sunt in judicio: Venite benedicti Patris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere.

¶ Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. ¶ In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem.

**Lectio viii.**

**S**ed & reproborum duos ibi futuros ordines Domino narrate comperimus: unum eorum, qui fidei Christianæ mysteriis initiati, opera fidei exercere contemnunt, quibus in judicio testatur: Discédite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis ejus: esurivi enim, & non dedistis mihi manducare. Alterum eorum, qui fidem & mysteria Christi vel nunquam suscipere, vel susceptam per apostasiam deseruere: de quibus dicit: Qui autem non credit, jam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

¶ Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrinâ fulget Ecclesia, ut sole luna. ¶ Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Glória Patri. Quorum.

**Lectio ix.**

**V**erum his cum timore & pavore debito paulisper commemoratis, ad lætissima potius Domini & Salvatoris nostri promissa convertamur auditum. Videamus quæ tantæ grætiæ pietatis: non æternæ tantummodo vitæ præmia suis sequacibus, sed & præsentis muneræ pollicetur eximia. Et omnis, in-

**Lectio v.**

inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus sive possessionibus pro Christi discipulatu renuntiaverit, quo plus in ejus amorem profecerit, eò plures inveniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantiis.

Te Deum laudamus. 12.

**DIE V. JULII.**

**Septima die infra Octavam Apostolorum Petri & Pauli.**

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Homilia 5. de SS. Apost. Petro & Paulo, post initium.

**Lectio iv.**

**N**on sine causa factum putemus, fratres charissimi, quod gloriosissimi Christianæ fidei principes Petrus & Paulus, unâ die, uno in loco, unius tyranni tolerare sententiam. Unâ die passi sunt, ut ad Christum pariter pervenirent: sub uno in loco, ne alteri Roma deesset: sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumque constringeret. Dies ergo, puto, pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerunt? In urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum: scilicet, ut ubi caput superstitiōnis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & ubi Gentilium principes habitabant, illic Ecclesiarum Principes morerentur.

¶ Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. ¶ Vidi Angelum Dei fortem, volentem per medium cælum, voce magnâ clamantem, & dicentem. Isti,

**C**ujus autem meriti sint beatissimi Petrus & Paulus, hinc possumus intelligere, quod cum Dominus Orientis regionem propriâ illustraverit passione: Occidentis plagam, ne quid minus esset, vice sui, Apostolorum sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodiernâ igitur die beati Apostoli sanguinem profuderunt. Sed videamus causam, quare ista perpessi sunt: scilicet, quod inter cætera mirabilia etiam magnum illum Simonem orationibus suis de æris vacuo præcipiti ruinâ prostraverunt.

¶ Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. ¶ Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & egerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

**Lectio vj.**

**C**um enim idem Simon se Christum diceret, & tanquam filium ad patrem assereret volando se posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cœpisset: tunc Petrus fixis genibus præcatus est Dominum, & precatione sancta vicit magicam levitatem. Prior enim ascendit ad Dominum oratio, quam volatus: & ante pervenit iusta petitio, quam iniqua præsumptio: ante Petrus in terris positus obtinuit quod petebat, quam Simon perveniret in cælestibus, quod tendebat. Tunc igitur Petrus velut vincium illum de sublimi ære deposuit, & quodam præcipitio in saxo elidens



eius crura confrégit: & hoc in opprobrio facti illius, ut qui paulo antè volare tentáverat, subito ambulare non posset; & qui pennas assumpserat, plantas amitteret.

**R.** Isti sunt triumphatōres, & amici Dei, qui contentētes jussa principum, meruerunt præmia æternā.

\* Modo coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venērunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò. Glória Patri. Modò.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri in Evangelium. Ecce nos reliquimus omnia, & in Comuni Apostolorum. x.

## DIE VI. JULII.

In Octava SS. Apostolorum Petri & Pauli. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Hoc est præceptum, cum reliquis Antiphonis, & Psalmis, Capitulo, & Hymno, ut in primis Vesperis de Comuni Apostolorum. j.

**V.** Constitutes eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nómnis tui Dómine.

Ad Magnificat. Antiphona.

Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuerunt legem tuam Dómine.

Oratio.

**D**Eus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapóstolus ejus Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede; ut amborum meritis æternitatis glóriam consequamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate.

Ad Matutinum, & alias Horas, omnia dicuntur de Comuni Apostolorum sicut infra Octavam.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

## In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

LECTIO IV. Apud Metaphrasen.

**Q**UASNAM vobis, ó beati Apóstoli, referemus grátias, qui tantum pro nobis laborastis? Mémini tui Petre, & obstupescens recórdor tui Paule, & excedens mente, ópprimor lácrymis. Quid enim dicam, aut quid loquar, vestras contéplans afflictiones, nescio. Quot cárceres sanctificastis? quot caténas decorástis? quot tormentá sustinuitis? quot maledicta tolerástis? quómódo Christum portástis? quómódo prædicatōne Ecclésiæ lætificastis? Sunt benedicta vestræ lingue instrumenta: sanguine conspersa sunt membra vestra propter Ecclésiám. Vos Christum imitati estis in omnibus. In omnem terram exiit vester sonus, & verba vestra in fines orbis terræ.

**R.** Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Dómini locútus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, & volánte pro médium cælum, voce magná clamántem, & dicentem. Isti.

LECTIO V.

**G**AUDEAS Petre, cui datum est, ut ligno crucis Christi fruere-ris. Et ad Magistri quidem similitudinem voluisti crucifigi, non recetrá quidem figurá, ut Christus Dóminus, sed capite in terram verso, tamquam qui a terra in cælum iter faceres. Beati clavi, qui sancta illa membra penetrarunt. Tu cum omni fiducia in manus Dómini animam tradidisti, qui assidue ei, & ejus sponsæ Ecclésiæ servisti, qui ferventi spiritu Dóminum dilexisti omnium Apostolorum fidelissimus. **R.** Beati estis eum maledixerint vos beati homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum ad-

ver-

versum vos, mentientes, propter me: \* Gaudete & exultate, quóniam merces vestra copiosa est in cælis. **V.** Cum vos óderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

LECTIO VI.

**G**AUDEAS & tu beate Paule, cui caput fuit gladio amputatum, ejus virtutes nullis verbis explicari possunt. Quisnam gladius sanctum guttur tuum pervasit, Dóminicum, inquam, instrumentum, quod à cælo habetur in admiratōne, & quod terra reveretur? Quisnam locus tuum sanguinem excipit, lactis specie in ejus, qui te percussit, túnica apparentem? qui animam illius bárbari supra modum dulciorem reddens, fidèlem effecit cum sóciis. Sit mihi gladius ille pro corona, & clavi Petri pro gemmis infixis in diademate.

**R.** Isti sunt triumphatōres, & amici Dei, qui contentētes jussa principum, meruerunt præmia æternā: \* Modo coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venērunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò. Glória Patri. Modò.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO VII.

Cap. 14. c.

**I**N illo tempore: Cómputit Jesus discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et reliqua. Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

**L**IB. 2. Comment. in cap. 14. Math. Discipulis Dóminus præcepit transfretare, & cómputit ut ascenderent naviculam. Quo sermone ostenditur, invitos eos à Dómino recessisse, dum amore præceptoris

ne punctum quidem temporis ab eo voluit separari. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Si fuissent cum eo discipuli Petrus & Jacobus & Joannes, qui viderant glóriam transformati, forsitan ascendissent in montem cum eo: sed turba ad sublimia sequi non potest, nisi docerit eam juxta mare in litore, & aluerit in deserto.

**R.** Isti sunt viventes in carne, plantaverunt Ecclésiám sanguine suo: \* Cálicem Dómini bibérunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Cálicem.

LECTIO VII.

**Q**UOD autem ascendit solus orare, non ad eum referas, qui de quinque panibus quinque millia saturavit hominum, exsepis párvulis & mulieribus; sed ad eum, qui audirá morte Joánnis scéssit in solitudinem: non quod personam Dómini separáremus, sed quod ópera ejus inter Deum hominèque divisa sint. Navicula autem in médio mari jactabatur fluctibus. Rectè quasi inviti & retractantes Apóstoli à Dómino recesserant, ne illo absente naufragia sustinerent.

**R.** Isti sunt viri sancti, quos elegit Dóminus in charitate non ficta, & dedit illis glóriam sempiternam: \* Quorum doctrina fulget Ecclésiá, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem vicérunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Glória Patri. Quorum.

LECTIO IX.

**D**ENIQUE Dómino in montis cæcimine commorante, statim ventus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitantur Apóstoli: & tandiu imminens naufragium perseverat, quamdiu Jesus veniat. Quartá autem vigiliá noctis venit ad eos ambulans supra mare. Stationes & vigiliæ militares in terna horarum



spatia dividuntur. Quando ergo dicit, quarta vigilia noctis venisse ad eos Dominum, ostendit tota nocte periclitatos, & extrinsece noctis, atque in consummatione mundi, eis auxillium præbiturum.

De Deum laudamus. 12.

In Laudibus, V. In omnem terram exivit sonus eorum. R. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Benedictus, Antiphona. Gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

Oratio.

Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in flicibus, ne mergeretur, erexit, & copostolum ejus Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede; ut amborum meritis aternitatis gloriam consequamur. Qui vivis & regnas.

In secundis Vesperis, Antiphona. Juravit Dominus, cum reliquis Antiphonis & Psalmis de Communi Apostolorum. xj. V. Constitues eos principes super omnem terram. R. Memores erunt nominis tui Domine.

Ad Magnificat, Antiphona.

Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine. Oratio. Deus, cujus dextera, ut supra.

DIE VIII. JULII.

In Festo S. Elisabeth Regine Portugallie. Semiduplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex, cum reliq. de Laudibus. 466. Psalmi de Comm. non Virgin. lxxx.

Capitulum. Prov. 36. b.

Mullerem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus: Confindit ea cor viri sui, & spoliis non indiget.

Hymnus.

Domare cordis impetus Elisabeth

Fortis inopsque, Deo

Servire, regno prætulit.

En fulgidis recepta cœli sedibus,

Sidereæque domibus

Ditata sanctis gaudiis.

Nunc regnat inter Cœlestes beatorum,

Et premit astra, docens

Qua vera sint regni bona.

Patri potestas, Filioque gloria,

Perpetuumque decus

Tibi sit alma Spiritus. Amen.

V. Ora pro nobis beata Elisabeth.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Et nunc Reges intelligit, erudimini qui iudicatis terram.

Oratio.

Clementissime Deus, qui beatam Elisabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellicis furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus, pacem, ad æternæ gaudia pervenire. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum, \* In sanctis operibus beata Elisabeth.

Hymnus ut supra in Vesperis.

In primo Nocturno, Antiphona. Elevata est magnificentia Elisabeth super cœlos. Psalmus. Domine Dominus noster, cum reliquis, ut in Communi non Virginum. lxxxij.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupit Rex speciem tuam. Psalmus. Celi enarrant.

Antiphona. Accipit benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Psalmus. Domini est terra. V. Multæ filię congregaverunt divitias.

R. Tu supergressa es univér-

sas.

Rec-

Lectiones primi Nocturni, de Parabolis Salomonis. Mullerem fortem, ut in Communi Sanctorum Mullerum. lxxxij.

R. j. Regali exorta progenie triumphat in cœlis Elisabeth, triplici circumdata varietate meritum:

\* Nam in terra in triplici vitæ gradu posteris imitanda virtutum relinquit exempla. V. Virginalem statum, conjugalem, & vidualem inoffenso pede cucurrit. Nam in terra in triplici.

R. ij. Os suum aperuit sapientiæ:

\* Et lex clementiæ in lingua ejus.

V. Quoniam prævenisti eam in benedictionibus dulcedinis. Et lex.

R. iij. Desiderium animæ ejus tribuisti ei: \* Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eam. V. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eam Domine. Et voluntate. Glória Patri. Et voluntate.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam dedit te mirabiliter dextera tua. Psalmus. Eructavit cor meum verbum bonum.

Antiphona. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburent igni.

Psalmus. Deus noster refugium & virtus. Antiphona. Justitia & misericordiâ plena est dextera tua.

Psalmus. Magnus Dominus. V. Virga tua, & baculus tuus. R. Ipsa me consolata sunt.

LECTIO IV.

Elisabeth Aragóniæ régibus ortam, Christi anno millésimo ducentésimo septuagésimo primo, in præsagium futuræ sanctimoniæ parentes, præter morem, relicto matris aviaque nómine, à magna ejus matrètera, Thuringiæ dominâ, Sancta Elisabeth, in Baptismo nominatam voluere. Ubi nata est, statim pãtuit, quam felix Regum Regnorumque esset futura peccatrix:

Pars Activa.

natalitia enim ejus lætitia perniciosas avi patrisque dissensionem in concórdiam convertit. Patet vero crescentis postea filię admiratus indolem, affirmabat fore, ut una Elisabeth reliquis Aragónorum regum sanguine creatas féminas virtute longè superaret. Sic cœlestem ipsius vitam in contemnendo corporis ornâtum, in fugiendis voluptatibus, in jejuniis frequentandis, in divinis præcibus assidue recitandis, in charitatis operibus exercendis, veneratus, rerum suarum Regniq. felicitatem, unius filię méritis referēbat acceptam. Tandem ubiq. nota, & à multis Principibus exoptata, Dionysio Lusitanis Regi Christianis ceremoniis ritè est in matrimonium collocata.

R. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: \* Et concupiscet Rex decorem tuum. V. Spécie tua, & pulchritudine tua intendē, prospere procéde, & regna. Et.

LECTIO V.

Uncta conjugio, non minorem excolēdis virtutibus, quam liberis educandis, operam dabat, viro placere studens, sed magis Deo. Médiam ferè anni partem solo pane tolerabat & aqua: qua in quodam ipsius morbo divinitus versa est in vinum, cum id à medicis præscriptum bibere recusasset. Pãuperis femine ulcus horréndum exosolata, derepente sanavit. Pecúnias paupéribus distribuēdas, ut Regem latenter, hybérno tempore in rosas convertit. Virginem cæcam à nativitate illuminavit: multos alios solo Crucis signo à gravissimis morbis liberavit plurima id genus miracula patravit. Monasteria, Collegia & Tempia non modo extraxit, sed etiam magnificè dotavit. In Regum discordiis com-

Gg

po-



ponendis admirabilis fuit: in pri-  
vatis publicisque mortaliū suble-  
vandis calamitatibus incesſa.

**R.** Manum suam miſit ad fortia:  
\* Manum suam aperuit inopi, &  
palmas suas extendit ad pauperem.  
**V.** Dispersit, dedit pauperibus, jus-  
ticia ejus manet in seculum seculi.  
Manum suam.

## Lectio vi.

**D**efuncto rege Dionysio, sicut  
virginibus in prima etate, in  
matrimonio conjugibus, ita viduis  
in solitudine, fuit omnium virtutum  
exemplar. Illico enim religiosis Sancte  
Clare vestibus induta, regio  
funeri constanter interfuit; ac paulo  
post Compostellam proficiscens,  
multa ex holoserico, argento, au-  
ro, gemmisque donaria pro Regis  
anima obtulit. Inde reversa domum,  
quidquid sibi charum aut pretio-  
sum supererat, in sacros ac pios  
usus convertit: absolvendoque suo  
verè regio Comimbriensis virginum  
Cenobio, & alendis pauperibus, &  
protegendis viduis, defendendis pu-  
pillis, miseris omnibus juvandis in-  
tenta, non sibi, sed Deo, & mor-  
taliū omnium commodis vivebat.  
Reges duos filium & generum pa-  
pificatura, Stremotium nobile oppi-  
dum veniens, morbo ex itinere con-  
tracto, ibidem a Virgine Despa-  
ra visitata, sanctissime obiit, anno  
millésimo trecentésimo trigésimo  
sexto, die quartâ Julii. Post mor-  
tem multis miraculis claruit, præ-  
sertim suavissimo corporis jam per  
annos ferè trecentos in corrupti o-  
dore; semper etiam Regina sancta  
cognomento cèlebris, tandem an-  
no Jubilei, & nostre salutis mille-  
simo sexcentésimo vigésimo quinto,  
totius Christiani orbis concursu &  
aplause, ab Urbano Octavo ritè in-  
ter Sanctos adscripta est.

**R.** Regnum mundi, & omnem or-

natum seculi contempsit propter  
amorem Domini mei Jesu Christi  
\* Quem vidi, quem amavi, in  
quem credidi, quem dilexi. **V.** Eruc-  
tavit cor meum verbum bonum: di-  
co ego opera mea Regi. Quem vidi,  
Glória Patri. Quem.

**In tertio Nocturno, Antiphona.**  
Confessio & pulcritudo in consp-  
ectu ejus, sanctitas & magnifi-  
cencia in sanctificatione ejus. **Psalm.**  
Cantate Domino canticum novum.  
**i. Antiphona.** Annuntiaverunt  
celi justitiam ejus, & videtur om-  
nes populi gloriam ejus. **Psalm.** Dó-  
minus regnavit, exultet terra. **Dó-  
minus regnavit, exultet terra. Antiphona.**  
Judicavit in justitia & op-  
pulos in aequitate. **Psalm.** Cantate  
Domino canticum novum. **ii. V.** Ig-  
nis ante ipsam præcedet. **R.** Et in-  
flammabit in circuitu inimicos ejus.

**In tertio Nocturno, Homilia**  
Sancti Gregorii Papae in Evange-  
lium. Simile est regnum celo-  
rum thesauro abscondito in agro,  
ut in Communi Sanctorum Mulle-  
rum. **Ixxxviiij.**

**R. vii.** Os suum aperuit sapien-  
tia, & lex clementia in lingua  
ejus: consideravit semitas domus  
sue: \* Et loquebatur de testimoni-  
is Domini. **V.** Gustavit & vidit  
quia bona est negotiatio ejus: non  
extinguetur in nocte lucerna ejus.  
Et loquebatur.

**R. viii.** Invocavi, & venit in me  
spiritus sapientia, & præposui illam  
regnis & sedibus. \* Et divitias nihil  
esse duxi in comparatione illius.  
**V.** Melior est enim sapientia cunctis  
opibus pretiosissimis. Et divitias,  
Glória Patri. Et divitias.

## AD LAUDES.

## &amp; per Horas, Antiphona.

**D**um esset Rex in accubitu suo,  
nardus mea dedit odorem  
suavitatis. **Psalmus.** Dominus reg-  
na-

navit, cum reliquis. **13. Antiphona.**  
**na.** Et concupiscet Rex decorem  
tuum, quia ipse est Dominus Deus  
tuus. **Antiphona.** Potens in opere  
& sermone lenivit iracundiam Dó-  
mini, & conciliavit cor patris ad fi-  
lium. **Antiphona.** Quasi arcus re-  
fulgens inter nebulas glória, & quasi  
ros rosarum in diebus vernis.  
**Affia.** Quasi stella matutina in me-  
dio nebulæ, & quasi luna plena in  
diebus suis.

## Capitulum. Prov. 31. b

**M**ulierem fortem quis inveniet?  
procul, & de ultimis finibus  
pretium ejus: confidit in ea cor viri  
sui, & spoliis non indigebit.

## Hymnus.

**O**pes decusque regium reliqueras  
Elisabeth, Dei dicata numini,  
Recerta nunc bearis inter Angelos:  
Libens ab hostium tuere nos dolis.  
Præi, viamque dux salutis indica:  
Sequemur. O sit una mens fide-  
lium!

Odor bonus sit omnis actio, tuis  
Id innuit rosis operata charitas.  
Beata Charitas, in arce siderum  
Potens locare nos per omne sæcu-  
lum:  
Patrique, Filioque, summa glória,  
Tibique laus perennis, aIme Spiritu-  
tus. Amen.

**V.** Meritis & precibus beatae Ell-  
sabeth. **R.** Propitius esto Dómine  
populo tuo.

## Ad Benedictus, Antiphona.

Tu glória Jérusalem, tu lætitia Is-  
rael, tu honorificencia populi tui.

## Oratio.

**C**lementissime Deus, qui bea-  
tam Elisabeth Regnam, inter  
ceteras egregias dotes, bellici furó-  
ris sedandi prerogativa decorasti:  
da nobis ejus intercessione, post  
mortalis vitæ, quam suppliciter pé-  
tinimus, pacem, ad aeterna gaudia  
pervenire. Per Dóminum.

## Ad Tertiam, Antiphona.

Et concupiscet Rex. **Capitulum.** Mu-  
lierem fortem; supra.

**R. breve.** Spécie tua \* Et pulchri-  
tudine tua. Spécie tua. **V.** Intende,  
prosperè procede, & regna. Et pul-  
chritudine. Glória Patri. Spécie tua.  
**V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo.  
**R.** Deus in medio ejus, non com-  
movébitur.

## Ad Sextam, Antiphona.

Potens in opere.

## Capitulum.

**M**anum suam aperuit inopi, &  
palmas suas extendit ad pau-  
perem: non timebit domui suæ a  
frigoribus nivis.

**R. breve.** Adjuvabit eam \* Deus  
vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in  
medio ejus, non commovébitur.  
Deus vultu. Glória Patri. Adjuváb-  
bit. **V.** Elegit eam Deus, & præ-  
elegit eam. **R.** In tabernaculo suo  
habitare facit eam.

## Ad Nonam, Antiphona.

Quasi stella matutina.

## Capitulum.

**M**ulta filia congregaverunt di-  
vitas: tu supergræsa es in-  
versas: fallax gratia, & vana est  
pulchritudo: mulier timens Dómi-  
num, ipsa laudabitur.

**R. breve.** Elegit eam Deus, \* Et  
prælegit eam. Elegit eam. **V.** In  
tabernaculo suo habitare facit eam.  
Et prælegit. Glória Patri. Elegit  
eam. **V.** Diffusa est gratia in labiis  
tuis. **R.** Propitérea benedixit te Deus  
in æternum.

## In secundis Vesperis, Antiphona.

Dum esset Rex, ut supra in Laud-  
ibus. **466. Psalmus.** Capitulum, Hym-  
nus & **V.** ut in primis Vesperis. **464.**

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
Elisabeth pacis & patriæ mater, in  
caelo triumphans domo nobis pacem.

**Oratio.** Clementissime Deus, ut  
supra.



## DIE X. JULII.

In Festo SS. Septem Fratrum, ac  
Rufinae & Secundae Virginum,  
& Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurimorum  
Martyrum, **xxx.** præter sequentia.  
Oratio.

**P**ræsta, quasumus omnipotens  
Deus: ut qui gloriosos Martyres  
fortes in sua confessione cognovimus,  
pios apud te in nostra intercessionem  
sentiamus. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de  
Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

**S**eptem Fratres, filii Sanctæ Felicitatis,  
Romæ in persecutæ Marcii Aurelii Antonini à Publico  
Præfectorum primùm blanditiis, deinde  
terribilibus tentati, ut Christo renuntiantes,  
deos venerentur, & suam virtutem,  
& matrem hortante, in fidei confessione perseverantes, variè  
necati sunt. Januarius plumbatis  
cæsus: Felix & Philippus fustibus  
contusi: Sylvanus ætissimo loco præceptus  
dejectus est: Alexander, Vitalis, & Martialis capite  
plectuntur. Mater eorum quarto post  
mense eadem martyrii palmam consecuta  
est: illi sexto Idus Julii spiritum Dómino  
reddiderunt.

**R.** Sancti tui Dómine mirabile consecuti  
sunt iter, servientes præceptis tuis,  
ut invenirentur illasi in aquis validis:  
Terra apparuit arida, & in Mari rubro  
via sine impedimento. **V.** Quoniam percussit  
petram, & fluxerunt aquæ, & torréntes  
inundaverunt. Terra.

LECTIO V.

**R**ufina & Secunda, sorores,  
virgines Romane, rejecto connubio  
Armentarii & Verini, quibus à parentibus  
dæmonia respóndere fuerant, quod Jesu Christo  
virginitatem

tem vovissent, Valeriano & Gallieno  
Imperatoribus comprehenduntur. Quas cum  
nec promissis, nec terrore Junius Præfectorum  
ad propositum possent abducere; Rufinam  
primùm virginis cædi jubet: in cujus verbis  
Secunda iudicem sic interpellat: Quid est  
quod sororem meam honore, me afficis  
ignominia? Jube ambas simul cædi,  
quæ simul Christum Deum confitemur.  
Quibus verbis incensus iudex, imperat  
utramque detrudi in tenebrosam, & fetidam  
carcerem. Quo loco statim clarissima luce  
& suavissimo odore completæ, in ardenti  
balthami solio includuntur. Et cum inde  
etiam integra evasissent, mox saxo ad  
collum alligato in Tiberim projectæ sunt:  
unde ab Angelo liberatæ, extra Urbem  
vià Aureliam milliario decimo, capite  
plectuntur. Quarum corpora à Plautilla  
matrona in ejus prædio sepulta, ac postea  
in Urbem translata, in Basilica Constantiana  
prope Baptistarium condita sunt.

**R.** Verbera carnificum non timuerunt  
Sancti Dei, morientes pro Christi nomine:  
Ut hæredes fierent in domo Dómini.  
**V.** Tradiderunt corpora sua propter  
Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.  
*Sermone 110. de diversis.*

LECTIO VI.

**M**agnam spectaculum, fratres, posuit  
est ante oculos fidei nostræ. Aure  
audivimus, corde vidimus optantem  
matrem ante se finire istam vitam  
filios suos, longè contrariis votis  
consuetudini humanæ. Omnes enim  
hómnes filios suos, ex hac vita  
migrando, præcedere volunt, non  
sequi: illa autem optavit postérieur  
mori. Non enim amittit filios, sed  
præmittit: nec intuebatur quam vitam  
finirent, sed quam inchoarent. Desinebant  
enim

enim vivere, ubi quandoque fuerant  
morituri: & incipiebant vivere, sine  
fine victuri. Parum est fuisse  
spectatricem: mirati sumus potius  
hortatricem. Fecundior virtutum,  
quam fetibus: videns certantes,  
in quibus omnibus ipsa certabat,  
& in omnibus vincēntibus ipsa  
vincēbat.

**R.** Tamquam aurum in fornace  
probavit electos Dóminus, & quasi  
holocausti hostiam accepit illos: &  
in tempore erit respectus illorum:

**V.** Quoniam donum & pax est electis  
Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligent  
veritatem: & fideles in dilectionem  
acquiſcunt illi. Quoniam donum.  
Glória Patri. Quoniam donum.

In tertio Nocturno.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM  
MATTHÆUM.

LECTIO VII. *Cap. 12. d.*

**I**n illo tempore: Loquente Jesu ad  
urbes, ecce mater ejus, & fratres  
stabant foris, querentes loqui ei.  
Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

*Homilia 3. in Evangelia.*

**S**ancti Evangelii, fratres charissimi,  
brevis est lectio recitata, sed magnis  
mysteriorum ponderibus gravata. Jesus  
etenim Conditor & Redemptor noster,  
matrem se nosse dissimulat, & quæ  
ei mater sit, & qui propinqui, non  
per cognationem carnis, sed per  
conjunctionem spiritus designat,  
dicens: Quæ est mater mea, & qui  
sunt fratres mei? Quicumque enim  
fecerit voluntatem Patris mei, qui  
in cælis est, ipse meus frater, &  
soror, & mater est. Quibus nobis  
verbis quid aliud innuit, nisi quod  
obsequentes jussionibus suis multos  
ex Gentilitate colligit; & Judæam,  
ex cujus carne est genitus, non agnoscit?

**R.** Propter testamentum Dómini,  
& leges paternas Sancti Dei perstiterunt  
in amore fraternitatis: Quia  
unus fuit semper spiritus in eis,  
& una fides. **V.** Ecce quam bonum  
& quam jucundum habitare  
fratres in unum. Quia unus.

LECTIO VIII.

**S**ed cum is qui voluntatem Patris  
fecerit, soror & frater Dómini  
dicitur, propter utrumque sexum  
qui ad fidem colligitur, mirum non  
est: mirandum verò valde est, quomodo  
etiam mater dicatur. Fideles enim  
discipulos fratres vocare dignatus  
est, dicens: Ite, nuntiate fratribus  
meis. Qui ergo frater Dómini  
fieri ad fidem veniendo poterit,  
querendum est, quomodo etiam &  
mater esse possit.

**R.** Hæc est vera fraternitas, quæ  
numquam potuit violari certamine,  
qui effuso sanguine secuti sunt Dóminum:  
Contententes aulam regiam,  
pervenierunt ad regna cælestia.  
**V.** Ecce quam bonum & quam  
jucundum habitare fratres in unum.  
Contententes. Glória Patri. Contententes.

LECTIO IX.

**S**ed sciendum nobis est, quia qui  
Christi soror & frater est credendo,  
mater efficitur prædicando. Quasi enim  
parit Dóminum, quem cordi audientis infuderit: & mater  
ejus prædicando efficitur, si per ejus  
vocem amor Dómini in proximi mente  
generatur. Ad quam rem nobis  
idoneè confirmanda adest beata Felicitas,  
cujus hodie natalitia celebramus:  
quæ credendo exiit ancilla Christi,  
& prædicando facta est mater  
Christi. Septem quippe filios, sicut  
in gestis ejus emendatióribus legitur,  
sic post se timuit vivos in carne  
relinquere, sicut carnales parentes  
solerint mettere, ne mortuos præmittant.

Te Deum laudamus. 12.

Gg 3

In



In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Pii.

## DIE XI. JULII.

Sancti Pii Papæ & Martyris.  
Antiphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. *Ps.* Glória & honore coronasti eum Domine. *R.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

## Oratio.

Infirmatē nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Pii Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

## Lectio iij.

In Aquileiensi, Imperatore Antonino Pio, Pontifex creatus, pœnam statuit in sacerdotem, cujus negligentia de sanguine Domini aliquid stillaverit. Penitentiam enim, inquit, agant quadraginta diebus, si in terram aliquid deciderit: si super altare, tribus diebus: si super linteum superius, quatuor: si in inferius defluxerit, novem diebus: si usque ad quartum, viginti diebus, ubi- cūque ceciderit, si recipi potest, lambatur: sin aliter, aut lavetur, aut radatur: quicquid lotum, aut rasum est, comburatur, & cinis in sacrarium reponatur. Multis præterea utiliter decretis martyrio coronatur, & sepelitur in Vaticano, quinto Idus Julii: cum sedisset annos novem, menses quinque, dies viginti septem, & Presbyteros decem & octo, Diaconos viginti unum, Episcopos per diversa loca duodecim, mense Decembri, quinque Ordinationibus creasset.

Te Deum laudamus. 12.

## DIE XII. JULII.

In Festo S. Joannis Gualberti Abbat. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis. *lv.* præter sequentia. Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Domine, beati Joannis Gualberti Abbat. commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Sanctorum Naboris & Felicis Martyrum.

Antiphona. Istorum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. *Ps.* Latamini in Domino & exultate justi. *R.* Et gloriamini omnes recti corde.

## Oratio.

Ræsta, quæsumus Domine; ut sicut nos Sanctorum Martyrum tuorum Naboris & Felicis natalitia celebranda non deserunt, ita jugiter suffragiis comitentur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

## Lectio iv.

Joannes Gualbertus Florentiæ nobili genere ortus, dum patri obsequens rem militarem sequitur, Ugo, unicus ejus frater, occiditur à consanguineo: quem cum solum & inermem sancto Parasæves die Joannes armis ac militibus stipatus obvium haberet, ubi neuter alterum poterat declinare, ob sancte Crucis reverentiam, quam homicida supplex, mortem jamjam subitivam, brachiis signabat, vitam ei clementer indulget. Hoste in fratre recepto, proximum Sancti Miniatii templum oraturus ingreditur, ubi adoratum Crucifixi imaginem caput sibi flectere cōspicit. Quo mi-

mirabili facto permotus Joannes, Deo exinde, etiam invito patre, militare decernit, atque ibidem propriis sibi manibus comam totondit, ac monasticum habitum induit: adeoque piis ac religiosis virtutibus brevi coruscet, ut multis se perfectionis specimen ac normam præberet: ita ut ejusdem loci Abbate defuncto, communi omnium voto in Superiorem eligeretur. At Dei famulus cupiens subesse potius, quam præesse, ad majora divina voluntate servatus, ad Camaldulensis eremi incolam Romualdum profectus: itur: à quo cœlicum sui Instituti vaticinium accipit: tum suum Ordinem sub régula Sancti Benedicti apud Umbrosam vallem instituit.

Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & seductoibus: tutavit illum: & dedit illi claritatem æternam. *Ps.* Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

## Lectio v.

Et inde plurimis ad eum ob ejus sanctitatis famam undique convolantibus, una cum iis in socios adscitis, ad hæreticam & Simoniacam pravitatem extirpandam, & Apostolicam fidem propagandam, sædulè incumbit, innumera propterea in se & suis incommoda expertus. Nam ut eum ejusque socios adversarii perdat, noctu Sancti Salvii Cœnobium repente aggrediuntur, templum incendunt, ædes demoluntur, & Monachos omnes lethali vulnere sauciant: quos vir Dei unico Crucis signo incolumes protinus reddit, & Petro ejus Mönacho per immensum ardentissimumque ignem illaso mirabiliter transeunte, optatam sibi & suis tranquillitatem obtinet: inde Simoniacam labem ab Hetruria expulit, ac in tota Italia fidem pristinae integritati restituit.

Amavit eum Dominus & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum. *Ps.* Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit. Et ad.

## Lectio vj.

Multa funditus erexit Monasteria, eademque & alia edificia ac regulari observantia instaurata, sanctis legibus communivit. Ad egiles alendos sacram suppellectilem vendidit: ad improbos coercendos elementa sibi famulari conspexit: ad daemones comprimendos crucem quasi ensē adhibuit. Demum abstinentiis, vigiliis, jeuniis, orationibus, carnis macerationibus, ac senio confectus, dum infirmam valetudine grayaretur, Davida illa verba persæpe repetebat: Sicuti anima mea ad Deum fortem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Jamque morti proximus, convocatos discipulos ad fraternam concordiam cohortatur: & in Breviculo, cui consepeliri voluit, jussit hæc scribi: Ego Joannes credo, & confiteor fidem, quam sancti Apostoli prædicaverunt, & sancti Patres in quatuor Conciliis confirmaverunt. Tandem triduo Angelorum obsequio dignatus, septuagesimum octavum annum agens, apud Passinianum, ubi summâ veneratione colitur, migravit ad Dominum anno salutis millesimo septuagesimo tertio, quarto Idus Julii. Quem Cœlestinus Tertius innumeris miraculis clarum, in Sanctorum numerum retulit.

Iste homo perfecit omnia, & quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. *Ps.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.



## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

## Lectio vij.

Cap. 5. g.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri. *Lib. 1. Comment. in cap. 5. in Matth.*  
**E**go autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benedicite his qui oderunt vos. Multi praecepta Dei imbecillitate sua, non Sanctorum viribus estimantes, putant esse impossibilia quae praecepta sunt: & dicunt sufficere virtutibus, non odisse inimicos: ceterum diligere, plus praecipit, quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia praecipere, sed perfecta. Quae fecit David in Saul, & in Absalom: Stephanus quoque Martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est: & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis: haec autem Jesus & docuit, & fecit, dicens: Pater ignosce illis: quod enim faciunt, nesciunt.

**R**est est qui ante Deum magnas virtutes operatus est: & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstineas se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

## Lectio viij.

**I**n reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem praetendere, ad habendam verò dilectionem nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, Non possum jejunare: numquid potest dicere, Non possum amare? Potest aliquis dicere, Vir-

ginitatem non possum servare, non possum res totas vendere, & pauperibus erogare: numquid potest dicere, Non possum diligere inimicos?

**R.** Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

## Lectio ix.

**N**on enim ibi aut pedes laborant currendo, aures audiendo, aut manus operando laxantur, ut nos per ipsam excusationem liberare conemur. Non nobis dicitur: Itē ad Orientem, & quaerite charitatem; navigate ad Occidentem, & invenietis dilectionem. Intus in nostro corde est, ubi redire jubemur, dicente Propheta: Redite praevaricatorēs ad cor. Non enim in longinquis regionibus invenitur quod a nobis petitur.

Te Deum laudamus, 12.

In Laudibus fit Commemoratio Sanctorum Naboris & Felicis Martyrum, Antiphona. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passibus meliores estis vos. **V.** Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Latrabunt in cubilibus suis. Oratio. Praesta quasumus, ut supra. 470.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Anacleti.

## DIE XIII JULII

In Festo S. Anacleti Papae & Martyris.

Semiduplex.  
Omnia de Communi unius Martyris, xvij. praeter ea quae hic sequuntur.

## Oratio.

**D**eus, qui nos beati Anacleti Martyris tui atque Pontificis, annua solemnitate laetificas: concede

de propitius; ut cujus natalicia collimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectioni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

## Lectio lv.

**A**naclētus Atheniēnsis, Trajano Imperatore rexit Ecclesiam. Decrevit, ut Episcopos à tribus Episcopis, neque à paucioribus, consecraretur: & clerici sacris Ordinibus publice à proprio Episcopo initiarentur: & ut in Missa, peracta consecratione, omnes communicarent. Beati Petri sepulchrum ornavit, Pontificamque sepulturae locum attribuit. Fecit Ordinationes duas mense Decembri, quibus creavit Presbyteros quinque, Diaconos tres, Episcopos sex. Sedit annos novem, menses tres, dies decem. Martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. **R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

De Expositione Sancti Ambrósii Episcopi in Psalmum centesimum decimum octavum.

## Lectio v.

Sermone 21.

**P**rincipes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidavit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injuste persecutionum tormenta sustineat, qui nihil rapierit, nullum violentum oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torum putaverit esse violandum, qui nihil legibus debeat, & graviora latronum sustinere cogatur supplicia: qui loquatur justè, & non audiat: qui loquatur plena salutis, & impugnetur: ut possit dicere, Cum loquebar illis, impug-

nabant me gratis. Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnatur sine crimine: impugnatur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis: impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Domini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

**R.** Desiderium animae ejus tribuisti ei Domine, **V.** Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam praevenerit eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

## Lectio vj.

**V**erè frustra impugnatur, qui apud impios & infidos impietatis accessit, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnatur, fortis debet esse & constans. Quomodo ergo subterit: Et à verbis tuis trepidavit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor Sanctorum. Timete Dominum omnes Sancti ejus: & Beatus vir qui timet Dominum. Quà ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis.

**R.** Stola jucunditatis induit eum Dominus: **V.** Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitae & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium. Si quis venit ad me, de Communi unius Martyris. xliij.

## DIE XIV JULII

In Festo S. Bonaventurae Episcopi, Confessoris & Ecclesiae Doctoris.

## Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xliij. praeter sequentia.

Ad



**Ad Magnificat, in utrisque Vesperis. Antiphona.** O Doctor optime, Ecclesie sanctae legis amator, Bonaventura, divina legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

**Oratio.**

**D**Eus, qui populo tuo aeternae salutis beatum Bonaventuram ministrum tribuisti: praesta quaesumus; ut quem Doctorem vitae habitum in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum nostrum.

**Deinde fit Commemoratio Sancti Anacleti, Apsa.** Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **V.** Justus, ut palma florabit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur. **Oratio.** Deus, qui nos beati, ut supra. 472.

**In primo Nocturno, Lectiones de Libro Ecclesiastici. Sapientiam omnium antiquorum, ut in Communi Doctorum. Iij.**

**In ij. Nocturno. Lectio iv.**

**B**onaventura, Balneoregii in Hetruria natus, cum infans incidisset in vitae periculum, mater eius vovit, si inde evassisset, se eum religioni beati Franciscae dicaturam. Itaque adolescens in Ordinem Fratrum Minorum adscribi voluit: ubi Alexandro de Ales magistro ad eam doctrinae perfectionem brevi pervenit, ut septimo post anno libros Sententiarum Parisiis publice summam cum laude sit interpretatus: quos etiam praclaris postea commentariis illustravit. Post sex annos, sui Ordinis Generalis minister Romae factus, ea prudentia ac sanctitatis laude ministerium gessit, ut in omnium ore & admiratione esset.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **V.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Ni-

hil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus.

**Lectio v.**

**M**ulta scripsit, in quibus summam eruditionem cum pari pietatis ardore coniungens, lectorum docendo movet. Quem Gregorius Decimus, ejus sanctimoniae & sapientiae fama commotus, Cardinalem & Episcopum Albanensem creavit. Eundem adhuc viventem beatus Thomas Aquinas Sanctum appellavit. Cum enim vitam Sancti Franciscae scribentem comperisset: Sinamus, inquit, Sanctum pro Sancto laborare. Migravit e vita pridie Idus Julii, in Concilio Lugdunensi, quinquaginta tres annos natus, multis editis miraculis. Quem Xystus Quartus Pontifex Maximus retulit in Sanctorum numerum.

**R.** Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Ex libro Moraliu[m] Sancti Gregorii Papae.

**Lib. 9. cap. 6.**

**Lectio vi.**

**Q**ui post Orionas Hyadum nomine, nisi Doctores sanctae Ecclesiae designantur? Qui subditis Martyribus, eo jam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet: & repressa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium sol veritatis calet. Qui remota tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctae Ecclesiae orti sunt, cum ei jam per credulitatis verum lucidum annus aperitur.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinae ejus repleta est: **V.** Ipse intercedat pro peccatis omnium popu-

lorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

**In tertio Nocturno.**

**Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.**

**Lectio vij.**

**Cap. 5. b.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

**Homil. 15. in Matth. sub med.**

**A**ttendite, quid dixerit, Vos estis sal terrae: per quod ostendit, quam necessario ista praecipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas; sed ad omnem terram prorsus ac mare, totumque mundum, & hunc variis criminibus oppressum.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica[m] fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

**Lectio viij.**

**D**icendo enim, Vos estis sal terrae: ostendit universam hominum infatuatam esse naturam, & peccatorum vi corruptam: & idcirco illas ab eis virtutum requirit, quae maxime ad multorum salutem procurandam necessariae sunt atque utiles. Nam qui mansuetus est ac modestus, & misericors & justus, non intra se tantummodo haec recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem praecarios hos faciet effluere fontes.

Igitur qui corde mundo est, atque pacificus, & persecutionem pro veritate patitur, nihilominus in commune commodum vitam instituit.

**R.** In medio Ecclesiae aperuit os ejus, **V.** Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus. **V.** Juventutem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

**Lectio ix.**

**N**e igitur putetis, inquit, ad levia vos ducendos esse certamina, neque exiguarum rerum vobis incutendam esse rationem. Vos estis sal terrae. Quid igitur? ipsine putrefacta medicati sunt? Nequaquam: neque enim fieri potest, ut ea quae jam corrupta sunt, salis perfractione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibi quae tradita, atque ab illa jam putredine liberata, aspergebant sale; & in ea novitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtutis est: ut autem ad illa iterum non revertantur, Apostolorum cura est ac laboris.

**Te Deum laudamus. 12.**

**In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Henrici Confessoris, Antiphona.** Similabo eum viro sapientii, qui edificavit domum suam supra petram. **V.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum. **R.** Stolam gloriae induit eum.

**Oratio.** Deus, qui, ut infra.

**DIE XV. JULII.**

**In Festo S. Henrici Imperatoris Confessoris. Semiduplex.** Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, **tr.** praeter sequentia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui hodierni die beatum Henricum Confessorem tuum e terreni culmine imperii ad regnum

aeterni